SYNTAXEΩN ARTIS MIRABILIS, IN LIBROS XL. DIGESTARVM

Tomi Duo.

22857

PER QVAS DE OMNI RE PROpoſita, multis & propè infinitis rationibus diſputari, aut tractari, eiusq; ſummaria cognitio haberi poteſt.

Authore D. PETRO GREGORIO Tholoſano I. V. Doctore, nunc in noua Academia Lotharingica Pontis Camaſſonij Profeſſore publico.

Cum INDICIBVS locupletiſs.

COLONIÆ,
Sumptibus LAZARI ZETZNERI Bibliop.
M. DC. X.

Digitized by Google

Inæqualitas.
Intercapedo.
Longinquitas.
Temperatura, diſſimilium partium penetratio.
Varietas.

Iſtis oppoſita habent concordiam: & præter hæc adſunt adhuc alia, quæ concordiam indicant.

Amicitia.
Aequalitas.
Communio. contractus, conſenſus, matrimonium, ſocietas, pax, & ſimilia.
Conſonantia.
Concentus.
Continuum.
Paritas.
Proportio.
Similitudo.
Coniunctio.
Copula.
Conuenientia omnis: vt Vnitas, ſiue ea ſit totius, vt membrorum in corpore: vel conformitatis, vt dum dicitur vnus animus, vna voluntas, ineſtque ſimilitudo: vel attributionis, quando pluribus vnum tribuitur, vt dum vna fides dicitur.

Axiomata.

1 Pares cum paribus facilè congregantur.
2 Argumentum receptum eſt à ſimili affirmatiuè, à diſſimilibus negatiuè.
3 Simile ſimili, in aliquo communicat.
4 Nullum ſimile eſt idem.

De contrarietate, vel contrario.

CAP. III.

HIC contrarium, generaliter vſurpatur pro omni oppoſitione. Oppoſitio erit vel terminorum complexorum ſiue propoſitionum, vel terminorum incomplexorum, vel rerum.

Oppoſitio terminorum complexorum, ſiue propoſitionum eſt, quando propoſitiones pugnant inter ſe, vel quantitate, vel qualitate, veritate, aut falſo. Propoſitio quanta, quadruplex eſt: vniuerſalis, cuius ſignum eſt omnis, nullus: particularis per quidam, aliquis, ſignata: indefinita, quæ effertur cum termino communi ſine ſigno, vt animal eſt corpus: ſingularis, quæ fit cum communi termino, addita demonſtratione, vt hic, illè, iſte homo. Ad qualitatē propoſitionis pertinent, verum, falſum, affirmatio, & negatio.

Recipiunt autem hę propoſitiones, oppoſitionem vel cōtrariam, aut ſubcontrariam, aut contradictoriam, aut ſubalternam. Contraria, eſt vniuerſalis negatiua cum vniuerſali af-

Digitized by Google